Status causæ inter Serenissimas Principissas Eleonoram Carolam Serenissimi Ernesti Ferdinandi Ducis Brunsvicensis et Lenoburgensis et Amaliam Ludovicam Sermi Ducis Nassoviæ legitimas Consortes natas Principissas Curlandiæ olim Illrmi Dni Friderici Casimiri Ducis Curlandiæ Filias ab una atq GG. Instigatores Regni et M. D. Litt. Parte altera.

N 3.

De Ao 1678 per Pacta dotalia inter Illrmum olim Dnum Fridericum Casimirum Ducem Curlandiæ et Semigalliæ Fratrem Illrmi Dni moderni Ducis Curlandiæ atq Serenissimam olim Principissam Dnam Sophiam Amaliam Ducissam Curlandiæ nata Nassoviæ Principem legitimam Ipsius Consortem inita quemquidem Illrmi Dni Friderici Casimiri Filij Ducum Curlandiæ necnon Principum Nassoviæ subscripta et eliciuntur ex Documento sub litera A. atq Serenissimum Antecessorem Serenissimæ Majestatis Regiæ Joannem III sub eadem litera approbata. Dos illata 20000 Talerorum Albertinorum in Bonis Ducalibus Curlandiæ et Semigalliæ Doblehen Kukern Frentz Focken Kurckel Zippel et Vesenhoff eidem Sermæ Sophiæ Amaliæ Ducissæ Curlandiæ ejusq Sermis supramemoratis Filiabus sororibus inter se germanis per Illrmum olim Dnum Jacobum Ducem Curlandiæ Hypothecata et realiter obloquente Quietatia sub litera B. abnumerata est. Seorsim item Instrumento Donum Nuptiale seu Morgengaba eidem Sermæ Matri Serenissimarum D. D. Principalium Ao 1679 Decem Millia Talerorum albertinorum per præfatum Illrmum olim Dnum Fridericum Casimirum Ducem Curlandiæ inscriptum et simaliter per prædictum Serenum Antecessorem Serenissimæ Majestatis Regiæ approbatum sub litera C et D. Insuper ex obligatione Illrmi Dni Friderici Casimiri Ducis Curlandiæ Parentis Serenissimarum Principissarum Mitaviæ Ao 1682 data sub litera D ansignata debetur eisdem Serenissimis Principissis Summa Tredecem Millium Talerorum in Præfectura Friedrichshoff Mitendinis et Prædio Justen Summa quoq Duodecem Millium Talerorum Albert. per Illrmum olim Dnum Alexandrum Ducem Curlandiæ

Legata

308 Legata Fratrem Gusdem Illrmi Dni Friderici Casimiri in Prae-
fectura Brandenburg cum Usuris solitis sub Litera E Hyppo-
thecata sub Litera E. In Summa deniq[ue] Viginti Trium Mil-
lium Trecentorum Sexaginta Duorum Talerorum Alber-
tum intuitu Vasorum argenteorum Mercatori Volter
Verdenck oppignatorum et divenditorum tum Ornamen-
ti Margaretharum similiter oppignorati propro Ser-
mae olim Dnae Principissae Matris reluti nec non pre-
tiosiorum certorum et Cimelijs aliarumq[ue] praetensionum
ex Liberatione Praediorum hyppothecatorum a nedum cre-
ditorum pro Lini semine et frumentis pullutantium ex
calculo obligatione Ao 1689 data sub Litera F. Agnita Prae-
dia Buckendorff et Nassau Hyppothecata dimissa sunt Pro
Finali referenda venit pecunia 32870 Talerorum Alberti
quae ad liberanda Bona aliaq[ue] in Curlandia sita per
Serenissimam olim Dnam Ducissam Matrem impensa
sunt cujus extat designatio sub Litera G. Hae igitur
Summae Capitales et aliae in seorsiva designatione
sub Litera H. praeprimis alimentorum Serenissimar
Principum nec non Dotis erogandae ac Usurarum inde
provenientium, expressa ad solvendum ex Bonis hyppoth-
catis Curlandicis Srmis DD. Principissis Proveniunt
Ratione praefatorum Jurium pro liquidatione earundem
fuit nuper in Ao 1719 instituta actio et Causa
Vschovae dein Varsaviam motu proprio Sacrae Regiae
Mtis rejecta est. Hinc in praesenti Termino Rejectionis
non intrando in Liquidationem Jurium et Praetensio-
num Pro Parte Serenissimarum Principissarum
de Possessione Hyppothecarum suarum quam post obitum
olim Serenissimae Ducissae Curlandiae Amaliae Matris
suae de Ao 1688 subsecutum usq[ue] ad initium Belli
Suetici continuaverant, deiectarum supplicatur
Salva

Sacro Regiæ Mtti quatenus via Possessorij Summarij ssimi mandatum de reimponendo et reinducendo in hyppothecas Summis præfatis et prætensionibus oneratas et inscriptas ante omnia decernatur.

1. 40.

Statu Causæ inter Serenissimas Principissas
Eleonoram Carolam Dominam Ernesti Ferdinandi
Ducis Brunsvicensis et Lüneburgensis et
Amaliam Ludovicam Ducis Nassovici
legitimas Consortes Principissas Curlandiæ
Ducis olim Friderici Ducis Curlandiæ
Ducis filias ab una et Sensos Instigatores Regni et Magni Ducatus Lithuaniæ altera